

257



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendatae, quas praesit Heinrico Bocero Jr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicae disputatione subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publicae quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesit Christophoro Bealdo Jr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger, Tubingae.
5. Diss. de iure Naturali praesit Johanne Gyphandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesit Heinrico Bocero Jr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesit Dominico Lubertio in iure insignium sequendorum causa publicis censuris subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesit Johanne Harprecht. Jr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.

29  
T H E S E S  
D E

D O N A T I O N I  
B U S T A M I N G E -  
N E R E Q U A M I N S P E C I E .

quas

συνθετων

*Benignà amplissima Facultatis Juridicæ  
Lipsiensis concessione*

Sub Præsidio

*Viri Clariss. Excell. & Doctiss.*

W I L H E L M I S C H M U C C I I

Philosophiæ & J. U. D. publicè  
ventilandas proponit

A N D R E A S L I N D T H O L T Z

*Berol. March.*

Ad diem 6. Mart. horis consuetis.

In auditorio Juridicis exer-  
citiis destinato.

L I P S I Æ , T y p i s G R O S I A N I S .

*Excudebat GEORGIUS LIGER Lign. Sil.*

*ANNO Christi M. DC. XVIII.*

T H E S E S

D E

D O N A T I O N I

B U S T A M I N G E

M E R E Q U A M I N S P E C I E

Inaugural Dissertation  
der Jurisprudenz

von

W. G. Schmidt

WILHELM SCHMIDT

Philosophie & J. U. D. publice

N O R D H A U S E N

Verlag

Altenstein

Inaugural Dissertation

ausgegeben

1845

Verlag

Altenstein

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.





## T. I.

**D**onatio dicta est à dono, quasi dono datum (a) est actus (b) quo res (c) ex liberalitate donantis (d) transfertur (e) in accipientem. (f.)

(a) *l. Senatus 35. §. 1. D. de Donat. mor. ca.* Dissentiunt Grammatici à quibus in reddendis etymis plerumq; Juris autores faciunt discessum, utpote magis res ipsas & verborum conceptus inuentes, quam literas aut syllabas Grammaticorum more numerantes.

(b) Ad miraculum hinc D d. variant in ponendo Genere: quibusdam enim est Collatio *Sebast. Medic. part. 2. de Defi. cap. 54.* alijs Contractus *Motz. in prin. de donat. num. 8. Galiaul. in rub. D. de V. O. mihi fol. 3. col. 4. Treut. vol. 2. Disp. 19. th. 1. lit. a. ubi plures.* Sunt quibus est Actio, *Giph. in rub. D. h. t. num. 35.* Nonnullis tandem est Pactum Legitimum, *Schneid. in §. alie Inst. h. t. Cujac. lib. 10. Obs. cap. 28. in fin. Donell. ad d. l. 11. C. de Pact. in qua varietate cui terto credas difficultate non caret.* Est si rem alius repetas facti, vel factum in se continet, & quidem licitum ergo referendum vel ad Actum, vel Contractum, vel Gestum. *l. Labeo 19. D. de V. S. ubi Gedde. nec datur opinor quartum.*

Gestum non est, quia aperto Marte expeditur, inter Donantem & Donatarium vel Traditione vel Verbis, *Sichard. in rub. C. de Pact. Gomez. 2. lib. variar. resol. cap. 9. num. 2. non tacite, argu. l. 19. in fin.* An igitur contractus? Est si communem opinionem secteris, *Treutl. d. loc. quod si Leges & Imperatores consulas, minime gentium.*

1. Quia non competit Definitio Contractus, cum nullum Intercedat inter Donantem & Donatarium negotium obligato-

A 2

rium

rium. text. in l. 58. in pr. D. de Donat. int. vir. & uxor. l. 43. §. 1. D. adm. tut.

2. Quia deficit in utroque animus obligandi, l. 3. §. 1. D. de Obl. & Act. recte igitur exterminatur Donatio ex Contractuum consortio in l. 14. D. de precar. Nec obst. pro com. opin. §. 2. Inst. h. t. §. per traditionem 40. Inst. de Rer. Divisi. l. 35. §. 2. C. h. t. l. ult. in fin. C. de Pact. l. 17. C. de fid. instru. l. 8. in pr. C. de pres. trig. vel quad. anno. l. ult. in prin. C. de bon. que lib. Nov. 119. cap. 1. nec tandem etiam obstat Nov. 162. ita ut hoc genere remoto jam frustra ad lectos in Digest. provocet. Dissent. per textum in l. 22. D. h. t. l. 2. §. 2. l. 6. l. 12. l. 35. §. 1. eod. Frustra item querat, an Contractus sit Nominatus, an Innomi- natus, cum Rimin. ad d. l. 22. num. 43. cum seq. VVeseb. in par. D. h. t. num. 2. Frustra an sit Pactum Legitimum ex d. l. 35. §. 5. C. h. t. juncta l. 6. D. de Pact. Est igitur Actus, arg. d. l. 19. D. de V. S. Obr. disp. 7. de Donat. tbe. 19. Genus apprimè conveniens & adæquatum Domini alienandi modis, argumento sunt, Mancipatio, Emanci- patio, Manumissio, Adoptio, Arrogatio, in jure Cessio, Renun- ciatio, & id genus modi transferendi plures. Quibus ut dona- tionem in genere consideratam jure & meritò accenseas, facit materia & ordo titulorum in Inst. quibus noster interiacet, jun- cta d. l. 35. §. 5. verb. nec confirmetur ex traditione Donatio. Item l. 55. D. de Ob. & Act. l. 14. D. de precar. l. 58. in pr. D. de Donat. int. vir. & uxor. l. 18. in prin. De Donat. l. 3. §. 1. D. de Ob. & Actionib.

(c) De rebus ad Donandum aptis videatur infra thes. quart. & quinta.

(d.) Donator enim propter nullam aliam causam facit, quam ut Liberalitatem & munificentiam exerceat, l. 1. in prin. D. h. t. quo in vehementer, differt à Feudi constitutione, ut quod regulariter ob causam conceditur. 2. Feud. 23. vers. final. Rosenthal. c. 1. quest. 6. Fichard. cons. 9. num. 20. fol. 2. Dissent. ex parte Coler. Decis. 14. n. 11. part. 1. Non est igitur Donatio causa alienationis, sed certus alienandi actus, per ea quæ modo sunt allata lit. b. Dissent. Cujac. lib. 12. Obs. c. 28. per l. 4. C. de cont. empt. ubi tamen dictiones ex do- natione & traditione unum eundemque actum denotant, ad ex- cludendam donationem, quæ fit per stipulationem. Quadrat etiam hæc Resp. ad §. 40. Inst. de R. Div.

(e) Dict.

(e.) Dict. l. 3. §. 1. & d. l. 55. D. de Ob. & Act.

(f.) Rectissime l. 8. §. 3. D. de bon. libert. l. 10. D. h. t. juncta  
l. invito 69. D. de R. I. non est enim Actus *μωνομαγής* Donatio, Cujac.  
ad l. 27. D. h. t. in Com. post ad Pap. Rationem reddit Giph. ad l. hoc  
jure decimam nonam. §. 2. n. 8. D. h. t.

## I I.

Donatio perficitur aut traditione (a) aut sti-  
pulatione (b) aut consensu eoque, aut solo, aut  
reciproco. (c)

(a.) Jure Gentium, quod Jus Civile approbavit l. 3. §. scien-  
dum l. Papinianus 23. D. de Don. int. vir. & uxor. ita quidem ut nulla  
olim esset Donatio quæ non haberet adjunctam traditionem sive  
mancipationem Giph. in rub. D. h. t. n. 30. per l. 4. Cod. Theod. eod.  
Traditio illa vel Vera sit vel Imaginaria, perinde est, in effectu e-  
nim conveniunt. Vera, ut si de Manu in manum & ut Theoph. ait  
*ἄπο χειρὸς εἰς χεῖρα* dono detur. Imaginaria seu quasi traditio,  
si per Symbolum fiat ut est in l. 1. C. h. t. l. 44. §. 5. de Legat. 1. l.  
quædam mulier 77. D. de Rei. vind. Videatur Cujac. ad l. 27. h. t. in  
Comm. post. ad Pap. Anton. Faber decad. 75. err 10. Diff. Bart. qui d. l. 77.  
de venditione accipit. sed perperam. Fab. d. loco.

(b.) d. l. 3. §. sciendum d. l. Papinianus D. de Don. int. vir. &  
uxo. & l. 12. D. h. t. nec hac ratione in Contractum degenerat Do-  
natio, si subsistit quamvis robur suum recipiat à stipulatione in-  
terposita, d. d. II. Sicut Fidejussio non est stipulatio, ut maximè de  
Jure Civili stipulatione perficiatur, l. 8. D. de fidejuss. l. 12. C. eod. l.  
5. §. 2. D. de V. O. Et Renunciatio quamvis Pacto vel quovis alio  
Contractu vestiatur, tamen naturam suam nequaquam deponit,  
l. pen. C. de Pact. & t. t. C. & D. de Transact. nec novum est ut quan-  
doque per Pacta Contractibus adjecta notissimos eorum termi-  
nos egrediamur l. Lucius 24. D. de pos. l. 26. §. 1. in fin. D. eod. l. 5. §.  
sed si facio 4. D. de pres. verb. l. 10. D. de reb. cred. qui textus quomodo  
concilientur cum l. 4. in fine & l. seq. D. de Pig. act. videbimus Deo dante  
in ipso disputationis conflictu.

A 3

(c.) Faci-

(c.) *Faciunt egregie textus in d. l. si quis argentum 35. §. sed siqui-*  
*dem 5. verb. sin vero C. h. t. & §. alia 2. Inst. eod. Glos. ad art. 9. Land-*  
*recht lib. 1. Anto. Cont. lib. 1. Disp. c. 12. Obr. disp. 3. De donat. th. 54.*  
*cum seq. Dissentit Cujac. in Com. post. ad Cod. h. t. Ant. Fab. Dec. 45. er.*  
*3. Gip. in Lect. D. h. t. in rub. n. 25. Vult in Jurisp. Rom. lib. 1. r. 29.*  
*Ægid. Hort. ad d. §. alia Inst. h. t. Consensum mutuum, vel Pactum*  
*vel Promissionem acceptam vocites, non magnopere disputo, hoc*  
*enim loco promiscue usurpata reperiuntur, tam in ipsis Juristex-*  
*tibus quam apud probatissimos Juris quoq; interpretes: nec di-*  
*stinguimus inter Consensum sive Pactum expressum ac tacitum*  
*præsertim quod ad donatarium spectat l. 2. in pr. & §. 1. D. de Pact.*  
*& ibi Duar. juncta l. 9. D. de serv. ne mutum quaque ratione accipere*  
*gestientem, donis privare velle videamur. Dissent. Gomes. lib. 2.*  
*var. resol. c. 9. n. 2. Sichar. in rub. C. de Pact. & noviss. Trent. vol. 2. Disp.*  
*19. the. 1. lit. f.*

### III.

#### Dividitur Donatio (a) in Propriam (b) & Im- propriam. (c)

(a.) Fundum suum hæc divisio habet in l. 1. D. h. t. verb.  
 Proprie & non Proprie: estq; hic dividendi modus quampluri-  
 mis negotiis in jure nostro communis. Contractibus §. 2. Inst. de  
 Ob. Delictis l. §. 2. Peculio l. 1. §. nec castrense 15. D. de Collat. l. 7. §.  
 final. D. h. t. l. ult. C. de inoff. test. Possessione l. 3. §. 17. D. de Vi. &  
 Vi. art. Dominio t. t. de Publ. in rem act. Usufructui t. t. D. de Usuf.  
 ear. rest. nec non Feudo 1. Feud. 1. §. si vero. 2. Feud. 48. & 81. & ibi  
 Dd. communiter Diss. Vult. 1. Feud. c. 8. n. 1. Giph. in tract. de feud. c. 4.  
 n. 15. & 30. & noviss. Rittershus. 1. feud. 4. Quæst. 1. qui omnes hanc  
 distributionem in materia Feudorum præ genuina non agnoscunt.  
 Est enim vox Quasi plerumq; Improprietas nota, sicut & dictio  
 Veluti l. precibus 8. in fin. D. de Impub. & aliis substit. quamvis non de-  
 sint qui in d. l. 8. verbum Veluti malint esse notam verificationis  
 Cujac. ad l. Centurio in Com. postu. ad Pap. D. de Lib. & postu. Jacobus  
 Labit. in Ind. sui usu 2. n. 32. & ibi notæ. Marcus Lyc. lib. 1. memb. Ec.  
 l. 2. sub fin. Vincent. Cabot. lib. 2. Disp. cap. 20. Forcat. in Necyom. Dial.  
 25. num. 3. & 7.

(b) l. 1.



(b.) l. 1. in prin. D. de Donat. l. 29. D. h. t. l. 35. §. 2. D. de mort. causa Donat. l. 25. in pr. C. de Donat. l. 28. D. de R. I. Motz. in tract. de Donat. n. 3. 4. 5. Treut. in Diss. de Donat. th. 2. lit. a. VVesenb. in parat. Schneid. Hot. Myns. Boc. h. t. Diss. Geil. Clarus quæst. 3. n. 2. §. Donatio. Eamq; definit Giph. in l. 1. n. 2. D. h. t. quod ab eo proficiscatur qui liberalitatis gratia aliquid dat ut statim fiat accipientis nec ullo casu ad se reverti velit per d. l. 1. §. 1. D. D. t. Differentias inter utramque vide apud Giph. d. loco in rub. D. h. t. n. 38. cum seq. Quærent hoc loco interpretes an solutio in debiti à sciente facta sit vera ac propria Donatio? & recte affir. ex l. 53. D. de R. I. juncta l. 9. C. de Cond. indeb. Bart. d. l. 1. §. 1. hic & Regulista certatim ad d. l. 53. Porro hæc species in dubio semper præsumitur. Schn. de mort. caus. Donat. n. 3. in pr. Nec obst. præsumptio in Contrarium, quia nemo suum jactare dicitur, hæc enim præsumptio separat factum quodcunq; ab omni Donatione: Illa verò Propriam & Simplicem ab Impropria & causam habente, cui meritò annumeramus & Remuneratoriam de qua inf. th. 15. lit. c.

(c.) l. 4. l. 29. h. t. l. 35. §. 2. D. de mort. caus. Don. Boc. c. 2. de Donat. Cujat. in parat. D. & C. hic, de Donat.

### III.

Materiam Donatio communem habet cum omnibus negotijs privatorum civilibus, (a) Corporales (b) illæ sint, an Incorporales, (c) Futuræ (d) an Præsentis, non distinguo, modò sint donantis propriæ. (e)

(a.) Hoc nomine excludimus res omnes extra patrimonium & commercium nostrum existentes, Publicas, Sacras, Sanctas, Religiosas, Liberum hominem, &c. in pr. & §. 4. 5. 6. 7. 9. & 10. Inst. de R. D. §. 2. Inst. de inut. stipul. l. 1. in pr. l. 6. 7. 8. 9. D. de R. Div. quibus in Effectu conveniunt Chimera, Pegasus, Hippocentaurus, §. 1. Inst. d. t. de inut. stip. & res Donatarij arg. l. 6. §. fin. in fin. D. de her. Inst. juncta l. neq; pignus 45. in pr. D. de R. I. non enim ex pluribus causis idem potest nostrum esse. l. non ut 159. D. eod. l.

44. §.

114. §. 2. D. de Exc. rei jud. sed idem ex pluribus nobis ostendi ad II.  
rationem in diversitatis ostendit Giph. lib. 2. De. R. I. c. 5. ut & ex plu-  
ribus una eademque res possideri l. 3. §. ex plur. caus. 4. D. de acq.  
poss. ibi & que rationem discrepantiæ indagat Giph. ad d. §. 4. in lect.  
Altorphi. addens obiter, similem de possessione textum non facile  
reperiri, cum tamen idem velle videatur *Itus. in l. 1. in pr. D. pro suo.*

(b) Est hæc rerum Divisio omnium absolutissima, quia con-  
stat ex membris sibi invicem contradicentibus, qualis est homi-  
nis in Liberum & non Liberum id est servum *in pr. Inst. de Jur. per-  
son. Intestatum & Intestatum l. jus ac nostrum 7. de R. l. eorum enim*  
naturaliter inter se pugna est, & nemo pro parte Liber, pro parte  
Servus esse potest, l. 30. D. de libe. *ctussa* nec quidem Servus com-  
munis, alterutro dominorum eum ut maxime liberum cupiente,  
§. ult. *Inst. hoc tit.* ubi elegans exstat exemplum medietatis inter li-  
tigantes observanda ad evitandas sententias pro amico, sive ut Vl-  
pianus loquitur gratiosas *in l. 5. in pr. D. de Calum. l. 50. §. 1. in*  
*fin. D. de leg. 1.* Corporalium rerum classe continentur Mobilia  
& Immobilia *t. t. inst. de reb. corp. & incorp.* Mobilibus autem an-  
numeramus & se moventia, imò horum vocabulorum promi-  
scuus in jure usus est. *l. moventium 39. D. de V. S. l. a Divo Pio 15. §. in*  
*venditione 2. D. de re judic.* non etiam Jura & Actiones ut rectè hoc  
negat *Ant. Thes. lib. sing. quest. forens. 2. per tot.* ut pote pertinentia  
ad alterum propositæ divisionis membrum. Quid de GERADA  
sentiendum an forte jus sit universale & propterea ab hac rerum  
classe removenda, an potius universitas rerum mobilium ad Fœ-  
mininum duntaxat sexum de Jure Saxonico pertinentium? Po-  
sterius amplectimur imitatione suppellectilis, mundi Muliebris,  
Peculi, & id genus universitatum plurium. Eodem jure cen-  
semus & expeditorias.

(c) Cujusmodi sunt Jura & Actiones *tot. t. Inst. de reb.  
corp. & Incorp.* non admittentes eorum opinionem, qui Jura &  
Actiones modò ad mobiles modò ad Immobiles pro ut de rebus  
competunt Mobilibus vel Immobilibus, earumq; naturam sequi-  
untur, referre malunt. *Conn. in con. Jur. Civ. lib. 3. c. 2. in fin. Tiraq. de*  
*retract. Lign. §. 1. à n. 1. usq; ad 30. Papiens. in form. libell. act. Real. in*  
*verb.*

verb. Veris. sub. num. 57. Geil. lib. 2. Obs. 11. n. 10. ubi Camera Imperialis observantiam pro hac opinione citat.

(d) Ut fructus nondum nati, §. ea quoque 7. Inst. de Legat. An & Hæreditas, Legata, & Fidei commissa futura, id est, nondum delata sed ob superstitem ad huc testatorem in spe atque suspenso existentia? non opinor, hæc enim non propriè donari dicuntur. l. 29. in f. cum l. seq. D. h. t. Sed illis propriè renunciamus, quæ & similia alia D. d. vocare solent futura ex causa præsentis. Daln. in tract. de Renun. c. 16. n. 6. cum seqq.

(e) l. 9. in fin. D. h. t. qui enim possim alienare, cujus non habeo alienandi potestatem? l. 14. C. h. t. ut maxime rem traderim: traditio quippe nihil amplius transferre debet vel potest, ad eum qui accepit, quam est apud eum, qui tradidit l. traditio 20. in pr. D. de acq. rer. Dom. junctâ l. nemo plus juris D. de R. I. Nec Obstat. l. 25. D. de Donat. int. vir. & uxor. l. 3. D. pro donat. Solvit Ant. Fab. lib. 7. conj. c. 13. nec Obstat l. nunquam nuda 31. D. d. t. de acq. rer. Dom. loquitur enim de causa traditionis. Ut enim transferas rei dominium in alium, non sufficit titulus sive causa, sed oportet te ipsum rei dominum esse, d. l. 20. in fine prin. Interim tamen non hæc est causa immediata, ob quam Donator ab Eviictione liber sit & immunis, utpote parum rectè quidam sentiunt, sed quia donatarius eviictione rei donatæ insecuta, nullum damnum percipit, l. 62. D. de Edilit. edict. l. si domus §. final. D. de Legat. 1. Paul. lib. 5. sentent. recept. tit. 11.

## V.

Donatio omnium bonorum an subsistat, (a) item Emphyteusin an Emphitevta (b) Feudum an Vasallus (c) Ususfructum an Usufructuarius (d) non requisito prius Domini seu proprietarij consensu donare possint, hoc loco D. d. quaerunt, quid de uno quoq; tutò sentiendum, paucis perstringemus.

(a) Quid ni subsistat? cum de hac se textus offerant luce meridiana clariores in l. 35. §. sed & si quis. verb. vel etiam totius. & §. sed

B

siquidem

siquidem. & ibi, rotam substantiam tradere C. h. t. l. 3. C. de rev. donat. l. 17. §. 1. D. que in fraud. credit. juncta l. 21. C. mand. l. 7. C. de Jude. & §. per traditionem Inst. de R. Divis. Quid multa! si res singulas donare licet singulis, quid ni uni licebit omnes? adsperseris modò hanc falis micam, ne reclamet inofficiosa donationis ratio Coras. 6. lib. mis. c. 17. Vaud. lib. 1. quest. 31. & noviss. Ant. Faber. decad. erro. 48. err. 6. & 7. Diss. vulgo Dd. per l. stipulatio hoc modo 61. D. de V. O. ubi Gribaldus hujus questionis propriam sedem apud Reperentes figit in sua methodo c. 19. quibus lampada præfert. Zasius ibid. Sed num quid vocabulo bonorum hic jura quoq; & actiones veniunt? Realia veniunt, non quæ personis adhærent, ut pote ossibus & medullæ donatoris affixa, Ant. Fab. d. err. 6. facit quæ in simili Colerus assert part. 2. prot. executi. c. 3. n. 28. in antiq. nisi malis distinguere inter actiones directas & utiles, quasi utiles hoc modò donatæ videantur, directè minus, ut maxime nulla dum cessio intervenerit. Hoc enim non pertinet ad Donationem perficiendam sed ad possessionem Jürum vel quasi, transferendam, cum quod traditio est in Corporalibus, hoc cessio præstat in Incorporalibus Giph. in l. 1. in Com. ad Cod. & ante eum Zasius in l. 1. §. si vir. num. 7. D. de acqui. poss. Menoch. in rem. 3. retin. poss. n. 260. post Baldum in l. ex legato n. 2. D. de Legat. 2. Diss. Hot. 3. lib. Obs. 3. & Thesaur. decis. 201. quos pro se adducit Treut. hic th. 5. lit. c. Utrum autem Donatio omnium bonorum indefinitè facta comprehendat bona futura, negatur rectè, non quia donatorem destituit testandi facultate, ut veteres perperam sentiebant, cum testamenti factionem habeat activam, etiam cui prorsus nihil in bonis est argum. l. hereditas in pr. D. de her. petit. Ant. Fab. d. decad. 48. d. err. 6. sed quia in dubio favemus magis donatori arg. l. Divus 28. D. de R. I. l. 173. in pr. D. eod. l. 19. §. 1. D. de re judic. l. 50. D. eod. & quia instricti juris negotiis, expressa nocent, non expressa non nocent, l. expressa D. de R. I. l. 77. D. eod. & l. 99. D. de Cond. & Demonst. Diss. Vaud. d. loco Cujac. ad d. l. 35. C. h. t. per l. ult. C. quæ res pig. dar. poss. Aliàs negari non potest, quin Donatio omnium bonorum etiam futurorum, si hoc mens Donantis sit, de Jure valeat, Cor. dict. lib. miscell. c. 17. Vaudus d. loc. & elegant. Ant. Fab. d. err. 6. Diss. Dd. ad d. l. 61. D. de V. O. moti argumento ejusdem textus & l. hereditas C. de Pact. l. ult. C. eod. post. Bald. in

cap.

cap. in presentium. num. 36. extra de probat. adeo ut ne Ecclesia facta procedat juxt. Bart. in l. dict. 61. quibus ad stipulatur praxi teste Claro in S. Donatio quest. 19. & quest. 21. Jure Saxonico donatio talis cuiuscunque sit quantitatis etiam infra 500. solidos non nisi actis insinuata valet, Const. 2. part. 3. & ibi Daniel. Moll. num. 7. & Const. 3. d. part. 3. num. 38.

(b) Negat hoc disertis verb. Iust. in l. 3. C. de Iur. Emph. verb. vendere vel Jus Emphy. transferre & ibi Glossa Don. lib. 9. com. 14. vide & Fach. lib. 6. cent. c. 98. Diss. Cujac. ad d. l. 3. in Com. post. ad Cod. Forne. lib. 2. select. c. ult. Bronch. cent. 1. ass. 80. & noviss. Giph. in comment. ad h. solennes Codic. de Jure Emphy. moventur tex. l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. sed frustra, ecquid enim negotij Emphyteutico agro veteri cum Zenoniana Emphyteusi? Aliter Donell. d. loco, Qui vetus (ut hoc obiter aspergam) rursus habebatur vel Jure privato vel Emphyteutico, vel conductionis perpetuo t. t. C. de fund. partim. lib. 11. Cujac. in pr. C. d. t. Giph. in tract. de Feud. c. 3. Vult. in S. adeo Inst. de Locat. cond. quibus belle respond. ex Jure Saxonico Zinsgüter / Erb. zinsgüter / & Laßgüter / Zob. part. 2. diff. 45. Const. Elect. 39. part. 2. Et hæc omnia ab allodis proprie sic dictis quam longissime absunt, voce derivata à vernacula nostra all öde / ut sit allodium terra à nemine dum occupata & culta. Eigen Gut daß einer von wilder oder raucher Wurzel bawet / daß zuvor niemand anders gewesen / sunt verb. Gloss. Germ. Lehnrechte / c. 5. Dissent. in ratione Etymy Petrus Frid. Mind. de mand. judic. lib. 2. c. 42. n. 3.

(c) Citra dubitationis aleam hoc rectè negatur per c. 1. S. Donare. Qualiter olim pot. feudum. 2. Feud. 9. c. 1. in pr. de prob. feud. alien. lib. 2. Feud. 55. Sed quid de perceptione fructuum? admitto Donationem fructuum absq; Domini consensu arg. l. arbores. 12. S. usufruct. l. 38. cum duab. seq. D. de Usuf. l. 8. S. fin. D. de peric. & com. rei vend. l. 8. in pr. D. de reb. aut. jud. poss. juncta l. 66. in fin. D. de Jur. dot. Modo Vasallus non deficiat in servitiis domino aliunde si opus est, præstandis, facit c. 1. in pr. de. prohib. feud. alien. per Lotar. & c. 1. in pr. de prohib. Feud. alien. per Frid. Diss. quotquot distinguunt inter fructus pendentes & perceptos. Aliter Diss. Vult. lib. 1. Feud. c. 10. n. 56. cum seq.

(d) Distinguo inter Jus utendi fruendi & inter perceptionem fructuum d. l. 12. S. 2. D. de usuf. d. l. 66. in fin. D. de Jur.

usuf. d. d.  
fid. et com.

Dot. hæc donatione transferri in alium potest, usque dum vivit usufructuarius *dd. ll. illud nequaquam, invito vel non consentiente proprietario. d. l. 66. & §. fin. Inst. de usuf.* De GERADA non incommode dubites num ejus donatio proximæ Cognatæ consensum requirat? Ita omnino sentit Zobel. ne quærelæ inofficiosa donationis movendæ cognatæ præbeatur occasio *in add. ad art. 23. Sandrecht/ lib. 1. Diss. Const. Elect. 14. part. 2.* & ibi Mollerus à qua & solennitatibus ejus ibi expressis in Electoratu citra nullitatem Donationis non deflectimus. Res expeditorias non reperio eandem solennitatem, ut inter vivos rectè donentur, expetere: acquiescimus igitur opinione Vulgi & argumentum à GERADA ad Expeditorias quod alias magnopere urget Colerus. *proc. exec. part. 1. c. 3. n. 25. in f. in antiq. Moll. ad Const. 23. num. 15. part. 3.* parum hic stringere existimamus, in quemcunque inter vivos Donationis tit. transferantur, facit Colerus *part. 1. Decis. 23. n. 19.* secus est in Donatione mortis caus. vel ultimis voluntatibus argum. ducto *gerada. Const. Elect. 13. part. 2. à feudis cap. 1. de successione feud. 1. 8. & ære alieno ob res expeditorias contracto arg. lex. luculenti in l. si certarum. 17. §. Julianus 1. D. de test. Milit. Moll. ad d. const. 23. num. 12. cum seq.*

V I.

Donare omnes possunt (a) nisi qui prohibentur, (b) prohibentur autem quidam Natura, nonnulli casu, alii Lege. (c)

(a.) Donatio est de genere *ἰσὺν τῷ εὐεργεσίῳ* quia à virtute quæ est Liberalitas proficiscitur *l. 1. D. de Donat. & pertinet in jure nostro ad licita arg. l. 10. D. de Inst. & Jur. & l. 2. D. de Legib. & sunt meræ voluntatis ut omnes alij Actus & Contractus arg. l. 5. C. de Ob. & Act. igitur omnibus in genere permissa, ita quidem ut nec vetetur nec jubeatur, l. Legis virt. 7. D. de Legib. nec tamen si naturam & finem donationis propriū spectes, quo differt à reliquis virtutibus moralibus, Jurisconsultis est, in consideratione, ut quibus solūm Iustitia non universalis sed particularis illa quæ suam cuiq; tribuit, curæ cordiq; est. Quare ne facere dicantur *μὴ τὸ φάσιν ἰς ἀλλόγε.**

*αὐτοῦ*, fit equidem ut & hoc quoq; loco ubi desinunt etia i  
ibi (juxta vulgatum verbum) incipiant Icti, disquirentes princi-  
paliter de Effectu donationis, hoc est de Domini translatione &  
modis donandi de Jure introductis ut supra in th. 2. pluribus  
fuit monstratum.

(b) Quid! an non frustra videntur prohiberi ea ad quæ  
natura aliàs difficiles sumus juxta illud *Johan. Girb. in suis legal.*  
*Epigrammatis facetissimis* ex l. 7. §. 1. D. h. t.

*Nostri in jure docent, doctores fortiter omnes*

*Perdere donare est, hinc ego perdo nihil.*

Aut numquid Leges prohibent Liberalitatem exercere? absit:  
non enim Donationes fieri vetant, sed aut modum statuunt aut fa-  
cilitati imprudentium suppetias eunt, aut aliena captantibus lu-  
cripetis frenum injiciunt: Quemadmodum enim non omnes ido-  
nei sunt ad ineundos alios Actus & negotia Civilia: ita reperiun-  
tur in ordine donare volentium, qui variis de causis in suum ipsi-  
us favorem ab hoc alienandi modo repelluntur, ij cum primis  
quibus suarum rerum administratio non est commissa, d. l. 7. in  
pr. h. t. ne sua re malè utantur, §. 2. Inst. De his qui sui vel alie. jur.

(c) De quorum triplici classe in sequentibus. Unde patet, ut  
quicumque non est prohibitus, ex alterutra harum causarum is ne-  
quaquã à Liberalitatis studio impediatur l. ab. ea D. de probat. ita  
ut unius inclusio sit hoc quoque loco alterius exclusio, t. t. Inst. qui  
& a quibus: ex caus. & in pr. Inst. de his qui sui vel alien. Jur. l. 8. D. de  
accus. l. 7. C. de Relig. l. sancimus 27. C. de testam.

## VII.

Natura prohibentur quos intellectus per æ-  
tatem fugit & voluntas, ceu sunt, Infans (a) in-  
fantia proximo Pupillus (b) & senes delirantes (c)

(a) §. Pupillus 9. Inst. de inu. stipul. quia non potest consentire  
suo ipsius negotio & ne quidem autore tutore, ut cujus autoritate  
is dantaxat jுவatur qui fari potest. l. in negotiis 5. D. de R. I. id est qui  
supra 7. ætatis annum est. l. 1. §. 2. in fin. de adm. tut. Visum enim  
B 3 est

est Juris auctoribus certum aliquod tempus infantiae, sicut & pu-  
bertatis praescribere, cavillationum vitandarum causa. *Duar. ad l.*  
*1. D. de V. O.* adeo quidem ut ne possit infans stipulari *d. l. 1. in pr.*  
quamvis ejus nullum sit periculum *in pr. Inst. de aut. tut. & ne qui-*  
*dem per servum Don. ad l. 1. in 12. Dissent. per d. l. 1. in pr. D. de V. O. l. 2.*  
*& l. 6. D. rem pupill. salu. vid. Cujas. in d. l. 1. in pr.* multo igitur mi-  
nus donare, *argum. l. non debet D. de R. I.* Obstat quod possit per  
Procuratorem possessionem apprehendere, *l. 35. §. 1. D. de acq. poss.*  
nec non res sibi donatas accipere, *l. 3. C. ibid. qua de re inf. th. 10.*  
& tutorum infantis nomine iudici. suscipere *l. 1. §. 2. D. de aut.*  
*tut.* Quid ni igitur Donare? Magna est ratio diversitatis & quidem  
tanta, quanta est inter damnum & commodum infantis *d. l. 32. §. 1.*  
*juncto prin. Inst. de aut. tut. & l. ult. D. de Jur. & Fact. igno. l. 4. D. de*  
*Divor. l. 1. C. de fals. mon.* unde etiam infantes semper dicuntur in-  
viti quoties de suo commodo periclitantur, *l. 5. D. de serv. urb. praed.*

(b) *d. §. Pupillus 9. Inst. de Inut. stipul.* qui licet in hoc supe-  
rent infantem, quod sibi valeant alium obligare, citra tutoris as-  
sensum, *d. prin. Inst. de aut. tut. l. 43. D. de Ob. & Act. l. 29. D. de Cond.*  
*ind.* Secus tamen est si hoc vergat in detrimentum ipsius, cujusmodi  
est Donatio, ne quidem tutore auctore.

(c) Licet hac disputatione ob seniles mores non admo-  
dum opus esse videatur, reperiuntur tamen nonnulli Megadori ut  
est apud Plaut. qui recte in ruborem dant Eucliones illos Cumini-  
secas, & unguium praesegmina in usum nescio quem reservantes.  
Intelligimus autem hoc loco illos, non quibus senectus est ho-  
nori, quaeque liberat a voluptatibus impudentissimis, & sapi-  
entiam auget, maturaque dat consilia. *Archid. in can. tanta.* De qui-  
bus accipiendi sunt hi textus, *in l. & C. h. t. & l. 3. C. quites. fac. poss.*  
Sed in quibus iudicium cum humido radicali pedetentim deficit,  
& exarescit, ita ut rebus suis ob mentis infirmitatem superesse am-  
plius non possint, *Pet. Greg. in Synt. lib. 15. c. 28. n. 26. per l. 122. D.*  
*de Leg. 1. & Can. desolatis Dist. 1.* unde *Archid. d. loco,* Senes nuncu-  
patos vult quasi se nescientes, sive a sensus diminutione, quibus  
cum recte curatores dantur, *argum. l. 2. D. de Curat. furios. d. l. 122.*  
*Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 1. caus. 60.* sequitur eos alienare quic-  
quam & Donare non posse: imò nec se firmiter Obligare impri-  
mis



mis cum deprehenduntur à callidis & vaftris hominibus circum-  
scripti, per ea quæ *Eman. Suar. verb. senex n. 26. post Vivium lib. 1.*  
*opinio. 206. tradit.* Mutos verò, surdos & Cæcos dummodo  
animi sui sensa cum iudicio edere valeant nequaquam his adjun-  
gimus, *l. 33. §. 2. D. h. t.* Casu an natura tales sint perinde est.  
*Giph. in d. l. 33. §. 2.*

### VIII.

#### Casu ad Donandum inhabiles fiunt Furiosi

(a) Mente capti (b) Ebrij. (c)

(a) *l. 22. §. 7. D. sol. mat.* quoties scilicet in furore donant  
non quoties in intervallo furoris. Illorum enim nulla voluntas  
est, *l. 40. D. de R. I. l. 5. D. eod.* nec sensum habent *d. l. 22. §. 7. nec*  
*sui sunt l. Fulcinius §. planè D. ex quibus caus. in poss. eatur.* Non Ob-  
stat *l. 8. D. de his qui sui vel alien. & c.* Furiosus enim licet habeat vo-  
luntatem in habitu, non tamen habet in actu, *Innoc. c. 1. extra de*  
*Bapt. nec l. 46. D. de Obl. & Act. l. 29. D. Com. div. ibi. n. obligatur*  
*furiosus ex re tanquam re consensu. arg. §. 3. Inst. De Obl. que quasi*  
*ex Cont.* Nec Juramento obligatur *Bart. in l. qui habet D. d. tut.*  
nec etiam Obstat quod ob atrocissimum delictum puniri possit  
propter exemplum *Geil. lib. 2. Observ. 110. n. 22.* argumentum enim,  
*Geillij à bruto ad hominem tutum satis non est & parum stringit.*  
Quid de eo qui fingit furorem? idem quod de sano, at quomodo  
sit investigandus furor fictus pulchre notat *Johan. Ferrar. Mont. ad*  
*d. l. quoties nihil 201. D. de R. I.* Furioso an æquiparandus sit  
amoris æstro percitus, est quo de dubites. Sane si brutorum impe-  
tum cum in venerem rapiuntur consideres & Historias tam sacras  
quam Prophanas evolvas, deprehendes oppidò, qui efflictim suas  
deperiunt amafias, non sine mentis alienatione existisse unde  
hanc animi perturbationem, *Just. in Nov. 74. c. 4. in pr.* his verbis  
describit, nihil esse furore amoris vehementius, ubi vide *Gotof.*  
& notum est illud *Virg.*

*Ut vidi, ut peri, ut me malus abstulit error.*

Et illud *Plaut. in Trucul. act. 1. Scen. 1.*

*Bis perit amator ab re atq; animo simul.*

*Siraras noctes ducit, ab animo perit.*

Item

Item in Trinum act. 3. Scen. 2.

*Insanum est ad hospitium divertit ad Cupidinem.*

Sicut igitur quod calore iracundiæ fit vel dicitur non prius ratum est quam si perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse, l. quicquid 48. D. de R. I. l. 9. D. de Divort. juncta lege 29. §. 1. D. de probat. l. 1. §. 5. D. ad SC. Turp. Ita multò magis irrita erit Donatio ejus qui ex amoris æstu magis quam firmo animi iudicio (qui prorsus in amantibus exulat & juxta Plaut.

*Ubi est ibi non est, & ubi non est ibi est.)*

ad largiendum incenditur. Firmant dicta & textus in l. perspicendum 11. §. 2. D. de pœn. verb. impetu l. 14. §. 3. D. quod metus caus. verb. per ignorantiam : paria insuper sunt non donare posse & non dispositum esse ad donandum, arg. l. 6. D. qui sat. cog. l. 1. §. 2. vers. & quidem D. quod cujus. uni vers. l. 1. §. final. D. de magist. Conven. l. 11. D. de injust. rupto, &c. Non obstat textus in l. affectionis 5. & l. 31. in pr. D. de Don. nec quicquam in contrarium efficit l. 2. C. eod. loquuntur enim de sedatæ mentis donatoribus. Quid de IRATIS? res plana est, ex jam citatis juribus, quibus omninò addatur Philip. Melancht. in lib. de anima rub. de potent. appet. huc etiam elegans est textus in l. quod si non D. de R. D. & l. si filiam 19. D. de in off. test. Distinguas modò inter iratum cujus cor. nimio motu invalescit, quod inflammat Spiritus, & Sanguinem, ex quo turbantur actiones omnium membrorū, & præcipue Cerebri: & inter eum qui leviter duntaxat est commotus Phil. d. l. huc pertin. & illud Poetæ:

*Ira furor brevis est.*

Et Catonis illud qui dicere solebat iratum à furioso tempore duntaxat differre. Quid si Donationi Irati Juramentum accesserit aut amantis? idem statuimus cap. sicut 13. ext. de Jure Jur. non obstat Cap. cum contingat ext. eod. non cap. quavis de Pact. in 6. nec Auth. Sacramenti C. si advers. venditionem.

(b) l. 23. §. 1. D. h. t. huc refero omnes quicumq; non, ut furiosi quadam animi rabie, tumultu & clamoribus horridis, desipiunt, arg. l. 14. D. de off. presid. l. 8. D. qui sui vel alien. &c. l. 23. §. si maribus 7. in fin. D. solut. Matrim. sed qui sunt quidem sedatiores & quietiores, veruntamen ob animi morbum & infirmitatem rebus suis æque ac rabiosi illi, superesse non possint, l. 25. C. de nupt. argum.

argum. §. 4. *Dist. de Curat.* sive dicuntur Fatui l. 2. *D. de Postul.* sive Melancholici, l. 2. *D. de Edilit. Edict.* sive Phanatici, l. 1. §. 9. *D. d. r.* aut bachtentur d. l. 1. §. 1. vel aliena & ridenda loquantur, responsa reddant, rideant contiuuò, somnient, caput jacētent, gesticulentur, aut alia signa stultitiæ edant d. l. 1. §. 9. 10. & l. 4. §. 1. *D. de Edilit. Edict.* Et vel Natura tales sint, vel ex accidente, ex d. l. 4. §. 1. intervalla, nec ne habeant, d. l. 14. d. l. 22. §. 7. non distinguo, dum tamen si tempore intermittētis suæ fatuitatis donent, non minus quam furiosorum, dum sapiunt, donationes ratæ sint, arg. l. *Furiosorum* 9. *C. qui test. fac. poss. l. cum alijs vers. nos itaq;* *C. de Curat. Furios.* l. qui testamento 20. §. *ne furiosus* 4. *D. qui testam. fac. poss.* Ceterum qui stultorum nomine alias in jure nostro veniunt oppositi Prudentibus, errantibus, aut peritis, ad præsentem quæstionem non pertinent: his enim non animi morbus miserabilis, sed temeritas & imperitia culpabilis exprobratur, l. *pen. §. fin. vers. quod si* *D. de Jur. & fact. igno.* l. 4. *D. quod vi aut clam.*

(c) Vocem ebrietatis cum effectu accipimus, arg. l. 1. §. 1. *vers. hæc autem* *D. quod quisque jur.* l. 1. §. 4. *D. de incend. rui. & c.* ut quæ temulentos afficit quorum nec pes nec manus suum faciunt officium, arg. *l. unic. in verb. temulentia* *C. si quis Imper. maled. juncti* l. 11. §. 2. *D. de pœn.* l. 12. *in pr. D. de cura. furios.* quique nesciunt quid loquuntur, *can. sanè* 15. *quæst. 1.* unde quod efficit sanguinis ebullitio citra cor in iratis, l. 48. *D. de R. I.* hoc operatur vinum in Ebriis, arg. l. 11. §. 2. *verb. impetu* *D. de pœn.* huc faciunt quæ paulo ante ad iratos & amantes dedimus. An autem & qualis Ebrietas delicta extenuet doctissime nuper enucleavit *Dn. Fride. Pruckman in consilior. vol. 2. cons. 15. num. 88. usq; ad n. 107.*

## IX.

Lege donare vetantur imprimis prodigi, (a)  
 Servi, (b) Minores, (c) filius familias, (d) Conju-  
 ges, (e) deportati. (f)

(a) l. 28. §. 2. *D. de pact.* l. 1. *D. de Curat. fur.* l. 6. *D. de V. O.* *ibi verb. tradere, juncto §. furiosi* 3. *Inst. D. Curat. §. item Prodigus* *Inst. quibus non est permis. fac. test.* Quid si Jura mentum accedat? Affir-

C

manti-

11:  
manibus ad stipulamur juxta, cap. cum contingat ext. de Jure Jur. c. quamvis de Paet. in. 6. non enim homini duntaxat juramus sed DEO, quod diligenter inculcat Panorm. in prin. ad d. c. cum contingat n. 11. cum seq. Faciunt quæ accurate in simili disputat. Emericus & Rosbach in calce Suar. diff. Jur. Civ. & Cano. quest. Utrum Juramentum vi metuve, &c. vide Fach. lib. 2. cont. c. 64. ubi dissentientes. Intelligimus autem hoc locoeum quem describit Prætor in sua formula ex legibus 12. tab. à nequitia. Paulus lib. 3. sent. recept. tit. 4. qui Aristot. est ἀπόλαος & ἀνεργής id est in continens prorsus, vaffer, & quasi ex dolis & nequitia confusus; non qui est ἡλιθίος & τὸ ἴσ' ἰδὲ & ex mera simplicitate & mentis imbecillitate donat; quod & Panorm. d. n. 11. non obscure innuit, quando ait, se intelligere Prodigum consensus, id est Judicij capacem.

(b) l. 28. §. 2. D. de Paet. l. 52. §. si servus D. de furt. & totum servi peculium Domini est, l. 4. in pr. D. de pecul. licet Servo liberam administrationem concesserit dd, ll. & l. 7. in pr. D. de Donat. nisi nominatim adjecerit se ei concedere ut donare quoque possit, d. l. 7. §. 2. De statu liberis idem Judicium t. t. D. de stat. lib. imprimis l. statu liberi 29. in pr. D. eod. prærogativam illis ex constit. Divi Pii relinquentes, solum in sustinendis, poenis l. 9. §. fin. D. de par. Duar. ad tit. si ex noxali causa D. Hotton. 2. Resp. amicabilium c. 37. Dissent. Cujac. lib. 2. Obs. 37. cap. manum ad movens textui in d. l. 29. in pr. Robertus lib. 2. animadvers. c. 6. Sed nec Adscriptitiis tribuimus donandi facultatem, l. 18. l. 21. 22. l. fin. C. de agric. & cens. lib. 11. junctæ l. 24. C. d. Episc. audiend. l. 2. in quibus caus. Colo. & Cens. d. lib. 11.

(c) De Pupillis res plana est, nihil enim quicquam absque tutoris autoritate donare queunt l. 11. D. de acq. rer. dom. in prin. Inst. de aut. tut. §. final. Inst. quibus aliena licet vel. est. De Puberibus affero vulgarem Dd. distinctionem utrum Curatorem habeant nec ne, ut si nullus jius sit curator (quem inviti non recipiunt præterquam in litem §. item inviti 2. Inst. D. Curat.) Donatio ipsis permittatur, imprimis rerum mobilium. Si verò Curatori subsint ne quidem mobilium donatio subsistere potest, arg. l. 20. D. de rit. nupt. nec stipulatio quicquam efficit, arg. l. 3. §. 10. De de Donat. int. vir & uxo. Quod si sub Juramenti nexu donaverint utroque casu.

casu donatio convalescit per sæpius citata cap. cum contin-  
gat, &c. quamvis.

(d) Adhibendum est hic distinctionis temperamentum ex  
speculi diversitate, nam in Castrensi & quasi Castrensi, moderator  
est & arbiter pro suo lubitu, filius *f. l. 7. fin. §. h. t. l. 3. C. de Castr. pecul.*  
Cujus juris sunt, & res à principe illi Donatæ, *l. 7. C. de bon. quæ lib.*  
nec non eæ, in quib9 Patri ademptus est ususfr. *Nov. 117. c. 1. vid. Ant.*  
*Fab. decad. 43. err. 6. cum seq.* In Profectitio v. & Adventitio reli-  
quo, quia salvum est jus patri, in præjudicium ejus frustra donat,  
ut ut ipsi liberam administrationem concesserit, *l. 1. in pr. D. h. t. l.*  
*28. §. 2. D. de Pact. l. 1. §. 1.* quæ res pign. nisi fortè permissu patris, aut  
iusta ratione motus donet, *d. l. 7. §. 1. & 2. D. h. t.*

(e) Quod est de Regula, *l. 1. & t. t. C. & D. de donat. int. vir. &*  
*uxo.* & nullius est momenti Donatio, *l. 3. §. 10. D. h. t.* per evidenter  
rationes *in d. l. 1. 2. 3. l. 31. §. 7. h. t.* Perdit officium suum. 1. Si donans  
non fiat pauperior nec accipiēs locupletior, *l. 5. §. concessa. 8. 9. 10. 15.*  
*16. 18. D. d. t. l. 8. C. cod. l. 21. C. eod. 2.* Si donetur viro dignitatis confe-  
quendæ causa, *l. 40. 41. 42. 3.* Si ob necessitatem, *l. 43. l. 21. D. eod. 4.*  
Si uxori ob ungenta, *d. l. 7. §. 1. eod. 5.* Si donandi causa Maritus ju-  
ri suo renunciat in favorem uxoris, *d. l. 5. §. 13. 16. D. h. t. 6.* Si sit Re-  
muneratoria non propter officium, aut aliam qualitatem puta,  
Nobilitatis vel juventutis, *Julius Clarus §. Donatio quest. 9.*  
*num. 5.* sed propter donationem mutuam *leg. septima §. si vir &*  
*uxor D. d. t. Nec obstat l. 32. §. qui ait 8. D. d. t.* ita tamen ut donatio  
fiat ad Sacoma & æquivalens, *d. §. 2.* Quod admittitur & in Gera-  
da de *Jur. Saxo. Nov. Const. Elect. 13. part. 2. & ibi Daniel Möll.*  
Sciendum tamen Donationes conjugum quantumvis prohibitas  
confirmari vel juramento *c. cum contingat extr. de jurejurando vel*  
*Morte donantis, l. 24. in fin. l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* cujus  
& vestigiæ apparent in *l. 2. per tot. & passim d. t.* Hinc cum Anto-  
nio Fabro firmiter concludimus dubium non esse, quo min9 dona-  
tiones mortis causa inter conjuges locum habeant, *Dec. err. 46. err.*  
*1. Didac. Covarr. per rationes à Fabro d. loco adductas & refutatas.*

(f) Quodocunque hoc fit in fraudem Fisci, *l. deportatus*  
*in pr. D. de interd. & relig. l. 6. & argum. l. 9. D. de bon. damnat. De*  
*hæreticis quid tenendum? Si tali sint inquinati hæresi ob quam*  
*bona illorum illis auferantur, idem statuimus, quod de depor-*

tatis ceu sunt Manichæi & Donatistæ l. 4. §. 1. & l. ult. C. de Hæret. & Manich. quid si sint seditiosi & Blasphemi? pœna esto seditionis & Blasphemix.

X.

Donari potest omnibus, (a) Excepto Invito, (b) Infante, (c) Furioso, (d) Filio famà Patre, (e) Hæretico, (f) In Metallum damnato, (g) Moderatore provinciæ, (h)

(a) Sicut enim nullum periculum est stipularier (ut illud Plauti huc accommodem) ita nemo non libenter à donante accipit arg. l. 1. §. proinde s. D. de ext. ord. cognit.

(b) l. 65. D. de R. I. 19. §. 2. D. h. t. cum natura enim beneficii pugnat, ut invito obtrudatur Giph. ad d. l. 65. lib. 1. De R. c. s. nisi vergat in favorem tertii, in princ. Inst. quib. mod. toll. ob. nec Obstat l. 1. in pr. & §. 1. D. de liber. caus. l. 6. D. in fin. de appell. Reipublicæ enim inter est ne innocentes in servitutem aut supplicium rapiantur l. 19. D. de pœn. l. 5. ff. eod. fac. §. fin. Inst. de his qui cui vel alien.

(c) Rectè, si definitionem supra traditam & rigorem juris spectes, cessat enim in infante voluntas accipiendi, per l. 1. §. 3. D. de acqui. poss. quæ quia nulla est l. 17. D. ad Leg. Corn. de Sicar. l. 209. D. de v. s. l. 5. D. de R. I. suppleri per alium nullatenus potest d. l. 5. iuncta l. 70. D. de v. o. idemq; est quod infanti dederis, ac si dormienti in manum aliquid ponas, d. l. 1. §. 3. D. de acquir. poss. Hunc rigorem primo mitigavit Ictorum interpretatio ut tutore autore Infans accipere possit, l. 32. §. 1. D. de acquir. poss. Deinde ut absq; interventu autoritatis solus infans possit rem donatam accipere. l. 3. C. de acqui. poss. D. Cujac. ad d. l. 3. C. in Com. post. & in d. l. 1. §. 3. in Com. post. ad D. Giph. ad d. l. 26. C. h. t. Donel. lib. 2. com. caus. 11. & recentiores quàm plurimi d. l. 3. & d. l. 32. §. 1. perperam interpretantes.

(d) Eadem ferè huc quadrant quæ de Infante sunt allata propter stricti juris rationem dd. ll. iuncta l. 40. D. de R. I. Gædd. de Cont. stipul. c. 7. n. 101, in antiq. quæ tamen icidem in favorem miserandam

serandorum furiosorum sunt correcta, ita ut furiosus per solum Curatorem acquirere possit, in d. l. ult. §. tali C. de Curat. Furis. non etiam ipse furiosus Consensu Curatoris, eatenus enim differt ab infante per d. l. 32. §. 1. & d. l. 3. C. de acquir. poss. rationem differentiae explicat Giph. d. l. idem teneto de reliquis mente captis. Gædd. d. l. 10.

(e) l. 11. l. 17. h. t. l. 25. in pr. C. de Donat. int. vir. & uxo. ratio exstat in d. l. 17. in fin. Excipimus 1. Dotem quæ à patris bonis abscedere dicitur in l. ult. D. de dot. collat. inf. junct. l. 30. C. de jur. dot. 2. Data propter militiam l. 4. C. famil. hærcis. quò non ineptè referas Donationem studiorum causa factam per l. 3. §. sed si in Causa D. h. t. l. advocati C. de advocat. div. jud. Iason. ad l. 1. n. 23. D. solut. mat. Clarus in §. Donatio. quest. 8. ubi vide Diss. 3. Usum fructum in bonis adventitiis filii famil. donatum l. cum oportet §. sin autem res. verb. sed quasi diuturna C. de bon. quæ lib. quibus addunt 4. Donationem Remuneratoriam Glos. & Dd. in l. undecima C. h. t. Trent. de Donat. thes. 3. lit. e. ubi videantur plures textus & Dd. à quibus tamen cum Giph. ad d. l. 11. Obr. Diss. 5. de Donat. thes. 160. dissentimus. Et hæ donationes ipso jure sunt validæ. d. d. h. invalidæ reliquæ confirmantur ex post facto. 1. Emancipatione filii l. 31. §. 2. D. h. t. junct. l. ult. C. de Emancip. ubi pulchre Cujac. in Com. post. ad Cod. 2. Morte patris d. l. 25. C. de donat. int. vir. & uxor. Sed an sola morte & tacite, an expressa simul patris voluntate? sufficit perseverasse patrem in voluntate, nec aperte eam mutasse d. l. 25. & l. 2. C. de inoff. donat. d. l. 18. C. famil. hærcis Nov. 126. c. 1. in fin. nec. distingvo inter jus vetus & Iustinianum. Paul. lib. 5. sent. c. 11. §. pater. Ant. Fab. dec. 40. err. 1. Diss. Giph. in d. l. 11. n. 13. & Cujac. ad Paul. d. loc. 3. Iuramento adjecto confirmatur c. cum contingat. ext. de jure jurand. De Iure Saxonico Donatio patris in filio facta indistincte valet, licet sit in eius potestate, Addit. ad Glos. art. 10. Landrecht. lib. 1. quam recte Colerus de mobilib. accipit Decis. 13. n. 3. part. 1. (f) l. 12. C. de contr. (g) l. 3. D. de his quæ pro non script. habent (h) l. 1. §. 2. C. de cont. judi. ubi excipiuntur res, quæ ad alianoniam & vestes pertinent, An & unguenta? sic statuendum videtur per d. l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.

Donatio quatenus majoris vel minoris est  
quantitatis, (a) eatenus insinuationem apud acta  
(b) vel non requirit.

(a) Olim quæ trecentos solidos excurrebat non nisi actis  
insinuata valebat Donatio l. *sagcimus* 34. in pr. C. h. t. ad pias v.  
causas non ultra quingentos solidos permittebatur d. l. 34. §. *alias*  
*vero* 1. C. h. t. Hodie sine distinctione piæ vel prophanæ causæ,  
Donationes majoris summæ, necessario desiderant acta publica  
l. *penult.* §. 3. C. h. t. Nov. Leon. 50. sufficit ad ulteriorem summam  
sola donatoris scriptura in fine *Diss. Gæth.* ad d. l. 36. §. *cæteris. verb.*  
*quingentos* scd sunt hæ Novellæ nullius autoritatis *Cujat. lib. 17.*  
*Obs. c. 13. Vigil. ad §. sed cum paulatim Inst. de Ord. test. Gotof. in*  
*rub. Novell. Leon.* Solidus quo valore hodie definiendus non  
apud omnes constat. Certum est Iustiniani tempore eum cum  
aureo unum & idem fuisse l. 12. & l. 24. D. de in jus voc. §.  
*final. Inst. de pæn. tem. liti.* Saxonibus est *Schilling* sive *Gülden /*  
*Pfennig art. 54. Landrecht lib. 3. & ibi Glos. Ger. n. 6.* quorum  
septuaginta duo constituunt libram auri Imperialem, *Em Marck*  
*oder pfund l. quotiescunq; 5. C. de suscept. præp. lib. 10. Gloss. art. 64.*  
*Landrecht lib. 3. verb. die Fürsten. Gloss. art. 1. Landrecht lib. 2. verb.*  
*Schweren / Reißabscheid de Anno 1559. §. Ferner die güldene Mün-*  
*ze, &c. Guid. Pancér. lib. 1. var. lect. c. 7. in fin.* Utrum autem hæc  
septuages. secunda pars libræ de auro Rhenano an Ungarico acci-  
pienda sit dubitari video. Nos nisi consuetudo loci, vel statutum  
aliud svadeat valorem solidi vel aurei in dubio ad Ungaricum hic  
referimus idq; ex liberali Donatoris voluntate plenius interpre-  
tanda, arg. l. *in testamentis* 12. D. de R. l. 12. §. 2. D. de usu. & ha-  
*bit. facit Amad. Inst. in tract. de syndicat. n. 172. Colerus dec. 161. n.*  
*55. part. 1. Dissentit Treut. cum ibi allegatis disp. de Donat. thes. 6. lit. b.*  
Quid autem intersit inter libram auri artificum & aurificum vi-  
deatur *Molin. in fin. seu tract. de usur.* Quid item differat aurum  
purum *Lötig Gold* ab ungarico, & cur *Lötig* dicatur aurum purissi-  
mum, in mandatis pœnalibus & privilegiis Imperatorum, vide-  
tur in-



tur intelligi posse ex Modest. Pisto. conf. r. n. 36. vol. 1. ubi addit  
non pertinere ad Ictos de Libris auri vel argenti disputare. Re-  
mittendi igitur qui plura volunt ad Monetarios & VVaradinos.

(b) l. 32. d. l. 35. §. 3. h. t. §. 2. Inst. h. t. licet ad Pias causas do-  
natum fuerit l. 36. §. 3. & l. 19. C. de Sacro. Sanc. Eccl. Geil. lib. 2. Obs.  
c. 40. n. 8, Diff. Azo in summa C. h. t. Excipe 1. Donationem ab Im-  
peratore factam d. l. 34. in fin. per C. h. t. Quæri hoc loco non in-  
epmode potest, num Imperator etiam à solennibus testamenti  
fit solutus? Aff. arg. d. l. 34. in pr. juncta l. 31. D. de Leg. adde l. 3. 4.  
D. de adopt. juncta Nov. 52. c. 2. Faciunt hic quæ de Testamento  
Caroli Magni exstant apud Philipp. in Cron. in vita eius. Non  
obstat aurea bulla tit. 5. in fin. non l. ex imperfecto 3. C. de test. unà cum  
§. final. Inst. quib. mod. test. infir. nec moramur Andream Ifern. testi-  
ficari Principi in propria causa non permittentem 1. feud. 25. c. 1. §.  
fin. 2. Donationem Imperatori à subdito d. Nov. 25. c. 2. 3. Pro  
redemptione captivorum. 4. Magistri militum fortissimis mi-  
litibus præstitam. 5. ad refectionem ædium incendio consum-  
ptarum d. l. 36. in pr. §. & 2. C. h. t. 6. Iuramento confirmatam  
c. lum contingat ext. de Iure. Iur. Geil. lib. 2. Obs. 39. ubi vult dissent.  
idq; genus triginta donationes alias refert Antonius Gubert. lib. 3.  
Commentarior. de Donat. conclus. 1. numero 28. cum sequentibus  
Tandem hoc loco quæritur an Insinuatio fieri possit coram quo-  
cunque Judice etiam non competente. Affir. Geil. lib. 2. Obs. 23.  
Diff. Vaud. 1. quest. 11. Guid. Pap. Decis. 325. cum quibus & nos facimus.  
Jus Saxonicum distiuguit inter bona mobilia & Immobilia, nec  
aliter admittit donationem Immobilium quam coram compe-  
tente Judice factum. Glossa lat. Landrecht/ lib. 1. art. 25. lit b. per dict.  
art. & art. 30. lib. 2. & Weichbild/ art. 20. & 60. ad evitandam frau-  
dem quæ aliàs facillime incidere potest Giph. ad l. 30. C. h. t.

## XII.

Effectus Donatiouis sunt (a) Domini trans-  
latio, (b) rei donatæ sed nondum traditæ vindica-  
tio, (c) & actio ex stipulatu, (d)

(a) Nam finem Ethici principaliter considerant ut dictum  
est sub th. §. lit. a. cujus meminit Jurisconsultus in l. 1. D. h. t. & c. grandi  
de

de supp. neglig. pralat. in 6. ubi ad excellentiam pertinere dicitur;  
alijs in necessitatibus liberaliter providere, vid. Pet. Greg. lib. 28.  
Sunt. cap. 15. num. 1. (b) Vid. textus supr. citatos 18. th. 1. lit. b. inf. fin.  
(c) Jure Justiniano l. 35. §. sed siquidem vers. fin. verò C. h. t.  
§. alia Inst. eod. ex quibus meridiana luce clarius patet Justinianum  
ex promissione rei donatæ & acceptæ nolle obligationem, sed do-  
minium transferre. Calculum huic sententiæ adjiciunt Conna. lib.  
sing. Disp. c. 12. & Obr. disp. 3. de Donat. th. 54. cum seq. ut promissio  
eundem effectum habeat, quem olim mancipatio, omnis generis  
alienationibus adhiberi solita, arg. l. 29. §. 1. D. de stat. lib. §. Item  
per in frag. Caij tit. quibus modis fit. ex her. Imprimis illi antiquissimæ  
familiaë emptioni per æs & Libram §. mancipatio 2. Ulp. in frag.  
Inst. tit. de Domin. & acqui. eor. §. 2. ibid. tit. 20. de test. Item quam  
olim & etiam num. acquisitio ex lege ut legatorum, §. lege 15. Ulp.  
in frag. d. t. & §. sed olim fin. Inst. de legat. ita ut regula in l. traditionibus  
20. C. de pact. nullo unquam tempore fuerit omni exceptione ma-  
jor d. tax. facit & l. 37. in pr. D. ad S. C. Vell. ubi solo verbo restituitur  
hæreditas, Sic ipso quoq; jure excidimus dominio rerum nostra-  
rum, per Gloss. in Nov. 12. cap. 1. verb. imminere, quam Petrus Re-  
bus. in suo tract. de Feud. ob hoc ipsum mirabilem vocat. Sic Perdu-  
elles ipso jure bonis suis privantur, l. fin. C. ad l. Jul. Maj. l. 20. C. de  
accusat. in quem igitur translatum est Dominum rei donatæ dd. II.  
eidem non potest non competere rei vindicatio ad possessionem,  
adipiscendam adversus donatorem, l. 23. in pr. D. de R. V. Non  
condictio (ne quidem per Nov. 162. c. 1. ad quam facilis est Respons.  
ex ijs qui tradit eleganter Donellus ad §. appellamus Inst. de act. quia  
nulla obligatio l. 58. in pr. D. de Don. int. vir. & uxor. Nov. 38. in pr.  
vers. deinde post, nulla Obligatio, quia nullum inter Donantem &  
donatarium negotium obligatorium, nullus ad obligandum ani-  
mus, l. 3. §. 1. D. de Ob. & Act. junct. l. 7. §. 1. D. de Pact. & l. 45. D.  
de pres. verb. videt sup. th. 1. lit. a. nec datur tertium, §. omnium. Inst.  
de Act. l. 25. in pr. D. de Obl. & act. Mixtis enim ex Reali & Perso-  
nali dudum ex numero actionum exterminavimus per l. actionis  
37. §. mixtae D. d. t. nihil morantes tex. in §. quaedam actiones 20. Inst.  
de Act. Elegant. Cujac. ad d. l. 1. D. fin. reg. in comm. post. Moribus  
Galliæ, quæ nuda promissione fit Donatio, non esse receptam sta-  
tuit Aegidius Hort. ad §. perficiuntur Inst. h. t.

Hanc

(Id) Hanc merito retinemus quoniam donatio Promissoria  
stipulationis interventu est celebrata, quia sic fert mens utriusq;  
& Donantis & Donatarij, quæ semper est intuenda, d. l. 7. §. 12. D.  
de Pact. Miraberis forte simplicem promissionem hic plus habe-  
re roboris quam quæ fit adjecta stipulatione? mirarer & ipse,  
nisi hoc ipsi Imperatori placuisse animadverterem in d. Nov. 162.  
c. 1. vers. & sanctè d. l. 35. d. §. sed siquidem. C. h. t. nec novum est in  
Iure nostro plus operari quandoq; tacitum, quam expressum l. 77.  
D. de R. I. & expressa nocere, non expressa non nocere, l. 195. D. eod.  
l. 99. D. de Cond. & Demonst. sicut è contrario expressa profunt  
d. l. 31. D. de V. O. non expressa non profunt, ut est in §. 2. Inst. de in u.  
til. stip. Videbit autem Donatarius utrum res certa per stipula-  
tionem sit donata an incerta. Ut si certa, Conditionem certi in  
pr. Inst. quib. mod. re. Cont. Obl. l. 9. in pr. de reb. cred. d. l. 35. C. h. t.  
Si incerta Conditionem ex stipuiatu instituat Pet. Greg. synt. d. l. 28  
c. 15. n. 3. quamvis donator usq; ad saccum & peram contra quam fert  
benefic. competentia non possit excuti l. 28. D. de R. I. l. 163. in pr. eod.

### XIII.

Cognata Donationi sunt, & quidem effectu-  
tenus, Renunciatio Juris sui, Hæreditatis Repu-  
diatio, Habitio pro derelicto, Pollicitatio. (a) Pu-  
gnat Revocatio. (b)

(a) Ceterum quo ad formam, ab ea quam maximè differunt,  
siquidem hi omnes actus sunt *μονομεγείς*, id est, ut Jurisconsultus  
Ulpianus hanc vocem reddit l. 13. §. 2. D. de Iure jur. Unimem-  
bres: absolvuntur. n. ab uno, vel Renunciantium, vel Repudiantiū  
& c. absq; alterius cujuscunq; adminiculo. De Repudiatione textus  
est planus in l. recusari 95. D. de acqui. hære. Ulpian. in frag. l. 22. §. sin-  
cretion. 75. Huc referas licet & omissionem Legati ex qua alteri  
Collegatariorum Ius aecrescendi nascitur l. re Conjunctim. D. de  
leg. 3. l. triplici D. de v. s. §. si eadem 8. Inst. de Legat. De habitatione  
pro derelicto est tot tit. D. pro derelict. in pr. in l. 2. §. 1. D. eod. de  
pollicitatione exstat textus in l. 3. D. de Pollicitat. ibi definitur quod  
sit solius offerentis promissum. De Renunciatione quæ æque  
*μονομεγείς* perficitur trad. VVes. in l. postquam 4. n. 28. C. de Pact.  
Dissent. quotquot eam pactorum censui adscribunt Giph. Daln. &

D

alii

alii quam plurimi qui tam in genere quam in specie scripserunt de  
Renunciat.

(b) Non ex qualibet causa sive pœnitentia, pœnitet enim non nisi cum alterius partis nulla subsit Captio l. 11. §. ult. D. de In-  
terr. Cagn. ad l. 11. D. de R. l. Pet. Heig. part. 2. quæst. 4. n. 20. cum seq.  
nec quidem ex principis rescripto l. 5. C. de Rev. donat. est enim donatio  
ex eorum numero, quæ semel innita vinculum habent necessita-  
ris arg. l. 5. C. de Obl. & act. & in l. in Commodata 17. §. sicut autem D.  
Commod. In pr. Inst. de Obl. Omni igitur donationi standum, nisi ob  
causam in jure expressam revocetur l. ult. D. & t. t. C. de Rev. donat.  
Ceu sunt. 1. Ingratitudo d. l. ult. & §. alii autem Inst. h. t. Nov. 22.  
c. 35. nihil enim ægrius ferre potest donator quam ingratum bene-  
ficiarium, ut maxime ingratitude aliàs sit vitium morale, quam  
Civile, & propterea minus puniendum, faciunt quæ Giph. affert ad  
l. ult. d. l. sicut nec ex quolibet pacto voluerunt prisca legum la-  
tores obligationem produci, ecquis enim finis litium foret, & qui  
Magistratus iis sufficerent? qua de re plur. Don. ad l. 10. C. de Pact. n.  
21. Wesenb. in parat. D. eod. Sed num quid ex pluribus ingratitude  
causis quæ in d. l. ult. expressæ sint revocatio Donationis admittenda?  
N. quia dicta l. ult. taxative loquitur, Cujac. in Com. post C. d. t. in pr.  
Donell. lib. 14. com. 27. Giph. ad d. l. ult. Dissen. Atcurf. & ibidem. Glossa  
addens duritiem Donatarij in denegandis alimentis egenti omni-  
um bonorum Donatori, quem sequitur ad d. l. ult. Bald. Salic. & alii  
quorum fundamenta funditus evertit Donel. d. loco. Vsu quid rece-  
ptum sit nunc non disputo. Vide Schneid. ad §. sciendum Inst. h. t.  
Quærent porrò an facultas revocandi Donationem ex causa in-  
gratitudinis transeat ad hæredes Donatoris? N. ex hac d. l. ult.  
vers. hæc tamen junctat. 1. l. si solis C. eod. Pet. Gregor. in synt. d. lib.  
28. c. 15. n. 8. Sed quid si Donator vivo Donatario tacuerit an ad-  
versus hæredes eius revocatoria competat? Negat Baldus ad d. l.  
1. & l. his solis C. h. t. Salicetus & alii Pet. Grego. synt. lib. 28. c. 15. n. 8.  
Affir. Donell. d. lib. 14. c. 30. ubi suo more prolixè & suam opinionem  
confirmat; & contraria diluit. Mitior est Negantium opinio  
quam nos etiam amplectimur. Quin & revocationi locus est, ex  
superioribus causis licet Donata fuerint alienata? Don. d. lib. d. c.  
31. Diss. part. in d. l. his solis. C. d. Revo. donat. Donell. ad l. 7. C. eod.  
Giph. ibid. n. 11. Diss. Acc. d. l. 7. qui utilem in rem actionem opinatur  
compe-

competere. 2. Revocationis causa est supervenientia liberorum, l. si  
 unquam 8. C. de R. D. quæ licet in puncto juris verius ad patroni  
 duntaxat donationem in libertum factam restringatur. Acc. ad d.  
 l. 8. Don. & nov. Giph. ibid. Ant. Fab. 7. Conject. 15. Diss. Cujac.  
 lib. 20. obs. 5. Decius Consil. 581. num. 3. incipit viso puncto contro-  
 versie Geil. lib. 2. Observ. num. 5. Nec obstant leges quibus  
 probare conantur hanc d. l. 8. C. de Revoc. Donat. etiam in puncto  
 juris generalissimam esse, ita ut de quovis extraneo loquatur, per l.  
 cum acutissimi 30. in fin. C. de Fideic. l. generaliter 6. §. cum autem 1.  
 C. de Inst. & subst. l. cum avus 102. D. de Cond. & Demonst. l. tale pa-  
 ctum 40. §. pater D. de pact. quia tamen ut Plauti verba huc fle-  
 ctam, mores & usus fori traxit in potestatem suam non solum a-  
 lias, sed & hanc quoq; legem; indulgendum illi est, cum eo tamen  
 ne ad omnes liberos, sed ad Legitimos & naturales simul extenda-  
 mus. Myn. tent. 5. Obs. 63. n. 5. Renunciatio hujus beneficii facta à  
 Patre num liberis noceat adeò controversum existimat Geil. lib. 1.  
 observ. 40. n. 33. ut Casaria decisione indigeat: nos interim negabi-  
 mus cum Cujac. d. obs. 5. Claro in §. Donatio quest. 22. n. 4. sive de Pa-  
 trono solo, sive de omni extraneo hanc l. accipias Diss. Giph. ad d.  
 l. 8. n. 22. Quid si liberi nati quidem sint sed vivo donatore decesse-  
 rint an Donatio in vigore suo permanebit? Negat Don. ad d. l. si  
 unquam, cuius sententia nobis quoq; arridet, adde Fach. lib. 3. contr.  
 c. 90. Diss. Gomes. th. 2. var. resol. c. 4. n. 12. Tiraq. d. l. si unquam ver-  
 bo susceperit n. 161. 3. Si donatio contra pietatem parentis sit fa-  
 cta l. 1. C. de inoff. Donat. l. 87. §. 3. D. de legat. 2. Bald. Bartol. Si-  
 char. Cujac. ad d. tit. Rescinditur enim quo ad partem l. si mater.  
 l. 4. l. 2. §. si tota. C. d. t. Cujac. d. obs. 14. & lib. 20. Obs. 5. Don. ad d. l. si  
 unquam n. 26. cum seq. Fach. lib. 6. cont. c. 85. Hort. in disput. de quar-  
 ta legitima Bronch. cent. 3. ass. 73. non in solidum, Diss. Trent. disp. de  
 donat. the. 7. lit. i. post Ant. Fab. tertio conjecturarum 6. 17.

#### XIV;

Donatio Impropria, <sup>(a)</sup> est actus quo res  
 sub causa, <sup>(b)</sup> in alterum Donandi animo <sup>(c)</sup>  
 transfertur.

D 2

(a) Ita

(a) ita eleganter *U. de juri. Dipul. 4. de Donat. §. 6. & l. 1. D. de Donat. rationem nominis dedimus supra the. 3. lit. a.*

(b) Accipimus vocabulum causæ generaliter imitatione Icti, *Ulpiani in l. 7. §. 1. D. de Pact. pro omni negotio licito, ex quo quis alteri obligari possit l. solent, 15. D. de præscrip. verb. sub fin. quo nomine etiam Contractus differunt à nudo Pacto. d. l. 17. §. 1. cum d. l. 15. Unde Hottom. lib. seu Diss. de Donat. hanc Donationis speciem negotialem appellat quod placere video & Giph. ad Rub. D. h. t. n. 33. Ceterum quid alias vocabulum causæ in materia fructuum & restitutionis importet ab hoc loco alienum est. Vid. tot. tit. D. de usur. l. 22. l. 35. l. 73. l. 81. & l. ult. §. 1. D. de v. s. ex eo autem nec statim hinc inferas ergo donatio Impropria est Contractus, quo de mox the. seq.*

(c) Ut ex animo omnia nostra facta æstimantur, tam Licita, ut Acta, Contractus, *Gesta d. l. 7. §. 12. D. de Pact. l. non omnis D. de Reb. cred. l. 3. §. 1. l. 55. D. de Obl. & Act. l. 48. l. 76. D. de Reb. quam Illicita ceu sunt omnis generis delicta §. 7. de Ob. quæ ex delict. nasc. l. verum est 39. l. 46. §. 7. l. 48. §. 2. l. 53. in pr. D. de quæst. l. 3. §. 1. D. Dirus D. ad l. Corn. de Sicar. l. perspicendum 11. §. 2. D. de Pæn. l. 20. C. de Furt. Ita & in iis factis quæ in donationes improprias degenerant, animus agentium intuendus est d. l. 1. D. h. t. verb. ea mente & c. Qui cum Contrahendi causa non conveniant sed donandi, quamvis sub conditione vel quacunque alia causa t. t. C. de Donat. quæ sub mod. ita ut intentio Donandi plane sit *to ðinog* & vid est, dominans requisitum in hoc negotio; consequens est, magis ad donationes quam Contractus illas esse referendas, Sic licet omnes Contractus, consensum imitentur, semper tamen in illis reperitur, à qua tanquam potiori denominantur sive sit res sive verba, sive Litteræ, sive Consensus, §. 2. *Inst. de Obl. & l. 1. D. de Ob. & Act.* Peccant autem hi in excessu, qui Donationem conditionalem propriis annumerant cum *Curt. Jun. ad l. 1. D. si cert. pet. Jul. Clar. in §. Donat. quæst. 2. n. 1.* immemores vulgatæ juris regulæ qua dicitur, quod pender non est pro eo quasi sit in *l. 15. l. Damnum 169. D. de R. l. §. si ab hostibus §. quib. mod. jur. pat. pot. sol. l. 22. §. 2. D. de capt. & postli. rev. l. 13. §. 1. D. de Vsufr.**

XV. EST

Est que vel Mortis causa, (a) vel non mortis causa, (b) hæc rursus ob causam vel præteritam, (c) vel futuram, (d) vel ad tempus, (e) vel sub modo, (f) vel Conditione qualibet alia, (g) vel propter nuptias solum. (h)

(a) Definiri potest quod sit actus quo Donator mortis Contemplatione rem aliquam eò animo confert, ut morte secuta Donatarii sit. Dividitur in 3. species l. 2. D. de Donat. mort. caus. in duas l. 31. §. 1. & l. 35. §. 4. eod. qui textus rectè componentur si statuatur duplex huius donationis divisio, ex quibus illa trimembris est conflata, alia à forma quæ vel fit nuda mortis contemplatione, vel ob periculum mortis imminens, vel futurum, §. 1. Inst. de Donat. d. l. 31. §. 2. & d. l. 35. §. 4. & l. 3. 4. 5. D. ead. Alia vero ab Effectu qua res Donata vel traditur ut statim fiat accipientis, vel ut non nisi post mortem eius, l. 29. D. h. t. & d. l. 2. D. eod. Exemplum trimembris Divisionis ex gemina, simile exstat in materia Pactorum l. 5. D. de Pact. considerata in genere quid differat à mortis causa capione eleganter tradit, Giph. in l. l. c. D. h. t. Cujac. in Com. post. C. eod. in pr. in quibus differentiis & nos libenter acquiescimus. Nec tamen requiritur utriusq; partis præsentia, licet in contrarium admodum moveri posset tex. in l. 38. D. h. t. Vid. Giph. ad d. l. 38. n. 14. cum seq. post Horr. ibi allegatum. Dissent. Glossa. & Glossographi de loco non de tempore dictam l. 38. intelligentes, cum quibus facit & Ob. Diss. 4. de Donat. th. 102. cum seq. Sed distinctione adhibita, utrum per traditionem rei an per stipulationem fiat Donatio hanc textuum discrepantiam conciliabimus moti iis quæ D. Frid. Pruck. conf. i. n. 177. cum seq. doctè adducit. Nudo vero pacto donationem hanc fieri posse negamus quia textus deficit, contra communem, quam cum Doctoribus allegat Clarus d. §. Donatio quest. 14. n. 2. nisi ad hodiernam consuetudinem fortasse provocet arg. l. 1. D. de Pact. l. 1. D. de cont. penna. quod nunc in medio relinquitur. Nec mutatur hæc donatio in simplicem ut maxime verba de non facienda revocatione adjecta ei fuerint, l. 13. §. 1. D. h. t. l. 27. D. eod. facit & Novella 87. in

prin. verb. quos utiq; volueris imitatione Contractuum qui per  
æque non raro notissimos suos terminos egrediuntur l. Lucius  
24. D. de positi. Filiusfam. an donare possit mortis causa quæritur  
in l. tam is 25. §. 1. D. h. t. Resp. In Castrensi vel quasi potest libere l. 7.  
§. ult. D. h. t. l. 2. D. ad Sen. Conf. Mac. In Profectitio peculio non  
nisi consensu Patris d. l. 75. §. 1. In Adventitio, neutro modo per  
rationem ex d. l. 25. §. 1. juncta omnino l. ult. in fin. C. h. t. luculenter  
admodum & ad miraculum doctè, Ant. Fab. dec. 43. erro. 7. adde  
Clar. in §. Donatio quæst. 6. n. 3. Diff. Giph. ad d. l. 25. §. 1. & multi  
alii ibidem, quorum meminit Damhut. in rub. de test. part. 3. n. 9.  
Quid de Minore? nulli dubitamus curatorem nec ne habeat, cum  
testari absq; eo possit §. fin. Inst. qui & quib. ex caus. l. 14. C. qui test. fac.  
Bal. & Alex. in l. si curatorem C. de restit. mino. Diff. Wesenb. in parat.  
h. t. n. 4. Quod ex eadem ratione statuimus etiam de Muliere de Ju-  
re Saxo. And. Rauchbar. par. 1. quæst. 32. per tot ubi refert Diff.  
addo Dan. Moll. in Constit. 15. part. 2. n. 70. cum seq. Res aliena licet  
rarius, ingreditur tamen in donationem mortis causa l. 16. in pr. l.  
33. D. h. t. An & Hæreditas, Vaudo affirmanti accedimus lib. 1.  
var. quæst. 40. Diff. Acc. Bart. Cast. & alii ad l. licet inter C. de Pact.  
addo Schurph. conf. 69. n. 2. cum seq. Porro desiderat hæc dona-  
tio ad sui validitatem 5. testes, cuiuscunq; sit quantitatis solidos  
500. nec ne attingentis l. ult. C. h. t. Utut olim ex Constit. Con-  
stantini opus fuerit Insinuatione l. 25. C. de donat. Gotf. ad d. l. ult. &  
Giph. ibid. n. 4. ubi sententiam suam stabilit ex Cod. Theod. tit.  
de Donat. lib. 5. Dissen. quo ad Insinuationem Trent. the. ult.  
lit. d. Quin autem insinuari actis etiam possit nullum est dubi-  
um, ut vicem testium acta suppleant, arg. l. omnium C. de testam.  
quod recipit & Jus Sax. constit. Elect. 3. part. 3. & ibi Moll. n. 37.  
adde text. in l. non debet D. de R. I. de effectu hujus Donatio. th. ultimo.  
(b) In pr. Inst. de donat.

(c) Ceu sunt merita l. hoc jure 19. §. 1. l. 27. l. 34. §. 1. D. de Do-  
nat. Hinc Donatio Remuneratoria, quam definit Obr. Diss. 5. de do-  
nat. the. 135. ubi vide. Merita qualia esse oporteat & quanta quia  
sunt facti, igitur viri boni arbitrio committimus, cujus simul est  
dispicere, ne sub colore remunerationis fraus fiat Legi, in perso-  
nis ad donandum non idoneis arg. d. l. 27. & d. l. 19. §. 1. Diff. Bald.

in t.



*In t. nec adjectis 9. D. pro socio Arrius Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. par. 3.*  
*n. 62. Diss. & Obr. d. disp. 10. qui omnino requirit, ut sit ἰσὸς ἅπασιν & ἴσος*  
*ἰσὸς ἅπασιν, id est, adæquata per omnia meritis the. 174. cum seq.*  
Et propterea irrevocabilis Cujac. lib. 17. Obs. c. 33. d. l. 27. D. de Donat.  
nec Obstat lex Mucius 32. D. eod. ibi enim Jurisconsultus magis de  
nuda Hospitij concessione, quam de Donatione habitationis acci-  
piendus est, Secundum Conn. lib. 5. c. 9. n. 6. Diss. Ant. Fab. textui ma-  
num admoveus lib. 2. con. c. 19. vide & Decad. 77. err. 8. Aliter Marcus  
Lycl. lib. 7. memb. Eccl. 8. §. 2. aliter Cujac. in Comm. post ad Pap. in l.  
27. & d. lib. 7. cap. 33. Nec insinuationis (cum in ea licitum sit  
modum excedere l. 34. §. 1.) est indiga, l. ult. C. de Jur. Dot. cum nul-  
la donatio ob causam insinuationem exposcat. Dn. Frid. Pruck. com.  
2. n. 69. vol. 1. post multos ibi allegatos. Nec Donator ad Evictionem  
est obligatus, quia hoc nuspiam legitur, Diss. Bart. Alex. & Jason. in  
c. Julianus §. qui feudum D. de V. O. Sed textus ille ad dissentientium  
opinionem detortus, vim patitur ut cuilibet ad oculos patet, vid.  
Gip. ad d. §. 1. in lect. Altorph. n. 8. & 9. Utrum autem simplex an  
remuneratoria sit donatio, si plebeus ob accepta beneficia nobilem  
remuneretur, quæstionis est non in elegantis, & quamvis itidem  
facti sit, tamen ex vulgari de nobilibus concepta præsumptione  
prius affirmabimus, facit omnino cap. 1. ext. de donat. & Jacob. de Belvis.  
ad tit. qui Feud. dare poss. 1. feud. 11.

(d) Vocabulum causæ hic accipimus magis logicè quam  
ex usu juris ut si donem alicui 100. quia servum suum manu-  
miser.

(e) V. G. Dono tibi hanc rem ut post mortem meam ean-  
dem hæredibus meis restituas l. 2. C. de Donat. quæ sub modo. vel ut post  
quinguennium reddas l. 3. C. eod. quod licet contra Jnris Regulas  
fiat, ut tempus statuatur modus obligationis aut dominij consti-  
tuendi, tollendivè l. 44. §. placet D. de Ob. Act. l. ult. C. de legat, tue-  
mur tamen ejusmodi pacta & translationes autoritate prætoris,  
l. 3. D. de Serv. l. 2. in fin. D. Comm. præda. l. 1. §. final. D. de superfic.  
quod postea & Imperatores approbarunt, d. l. ult. & d. l. 2. 3.  
C. de Donat. quæ sub modo. Diss. in ratione reddenda Gip. ad d. l. 2.  
aliter Connanus lib. 4. Jur. Civ. c. 8.

(f.) Ut dono tibi fundum ea lege, ut tertio cuidam ex eo  
quotian

quotannis tot modios frumenti præbeas, vel eum exhibeas, l. 7. C. de Donat. que sub mod. l. ult. C. de resser. De effect. hujus & antecedentium Donandi modorum mox th. ult.

(g) Vox conditionis quod ad præsentem materiam spectat est gemini significatus Generici & magis proprii, prioris est exemplum in l. 1. D. d. Donat. ubi vocabulum conditionis de omni Donatione impropria usurpatum reperitur. Posterioris usus est hoc loco, V. G. Dono tibi fundum, si pater tuus te emancpaverit, l. 5. C. h. t. Notandum tamen vocab. Conditio, Motus, Causa, non raro confundi, ut & in l. 22. C. de Don. ubi dicta condicio pro modo accipitur.

(h) Cernitur hoc rursus in tribus, sponsalitia largitate, in Dote, & Donatione propter nuptias, de singulis agemus parce & carptim. Largitas vel Munus sponsalitium ab arris in hoc differt quod has tantum dat Sponsus non Sponsa, illud verò utrinque datur, quamvis à Sponsa rarius l. 16. C. de Donat. aut nupt. Cujac. in Comm. post in l. unica C. 31. Rect. prov. ita ut dicat Baldus miraculi loco esse si quid mulier donat, in d. l. 16. Diss. Obr. disp. 5. th. 13. Manent autem ejusmodi munera apud Donatarium, licet nuptiæ postmodum dissolvantur quacunque ratione, quoties diversum non placuerit, l. 7. l. 12. C. de Donat. aut nupt. Nuptiis verò non insecutis redduntur ab accipiente, cujus culpa nuptiæ non procedunt, l. cum veterum 15. C. d. t. non redduntur si culpa sit Donantis, d. l. 15. Cujac. d. t. si rect. prov. in Com. post. Quæ lex 15. quod est notandum corrigit legem 1. §. 1. D. de Donat. Quod si tamen osculum Sponsus carpsit, & Sponsa moriatur, ejus quod accepit dimidia duntaxat pars ab hæredibus restituitur, totum verò, si osculum nullum intervenerit, Sponsus an Sponsa decedat, si à Sponso 16. C. d. t. ubi de osculo quædam digna notatu, Gothof. in marg. affert. Quid verò. à se invicem differant Oscula, Basia, & Suavia, vide apud Petrum. Gregor. lib. 8. Synt. c. 8. n. 4. & quæ origo vid. Guid. Pancerol. lib. 1. var. lect. c. 94. Et quod Oscula Gallicis sint officii & Urbanitatis. Italicis verò & Hispanis libidinis tradit Ant. Gubert. Cost. de spons. cap. vel Rab. de Effect. Spons. n. 12. Dotis constitutio ejusque jus prorsus est abnorme quid ut passim Horr. inculcare solet. Interim tamen ab hac materia alienum adeò non est dotis meminisse, si consideramus ejus per traditionem propter nuptias & onera  
Matri-

Matrimonium verum dominum fieri maritum non juris in dote,  
quandiu constat matrimonium l. 30. §. 3. D. qui sat. cog. quam-  
vis id multi multis de causis negent, quos cumulat *Trent. in*  
*diff. de jur. Dot. th. 6. lit. c. ubi vide. Dotem* autem ad classem jurium  
referre velle, nullo juris textu probari potest, aut faciamus eius  
reipericulum si placet in Ipso conflictu. Donatio tandem pro-  
pter nuptias est Dos viri ut Cujac. eleganter dicit sicut Dos vi-  
cissim donatio propter nuptias Mulieris est, unde Contraria Dos  
vocetur Græcis *ἀνδρῶν*, qua maritus vel alius eius nomine res  
nobiles vel immobiles propter dotem & nuptiarum affectionem  
mulieri confert l. si constanti 19. C. de Donat. ant. nupt. Olim admit-  
tebatur inæqualitas d. l. 19. hodie per Nov. 183. c. 2. debent sibi in-  
vicem in quantitate respondere Dos & Donatio propter nuptias,  
ita ut Dote aucta etiam Constante matrimonio augeatur & Do-  
natio, ea vero minuta ipsa quoque minuatur, modo quod de au-  
ctione dictum est non fiat in fraudem Creditorum *Auth. sed*  
*enim necesse C. h. t.* à qua tamen æqualitate Communis Germaniæ  
consuetudo recessit *Geil. lib. 2. Obs. 78. n. 2.* Utrum autem hæc  
donatio si excedat 500. solidos insinuanda veniat expeditum sa-  
tis non est Distingue inter jus Codic. quod est in d. l. 19. C. de Donat.  
ant. nupt. & l. 34. in pr. & §. 1. C. de Donat. Et inter Nov. 119. Nov. 127.  
& salva res est, ita quidem ut quia dos non insinuatur, nec opus  
insinuacione sit Donationi propter nuptias, ne dispar utriusque  
statuatur conditio. *Cujac. ad d. l. 35. in Com. pos. ad C.* Hodie in-  
vim Donationis propter Nuptias maritus uxori suæ constituit  
Dotalitium in bonis suis immobilibus c. ex parte ext, de for.  
comp. & cap. nuper Ext, de Donat. inter vir. & uxo, *Reinh. in Diff.*  
*juris Saxo. & Civil. part. 6. Diff. 37.* dummodo consentiant quo-  
rum interest, unà cum magistratu illius loci vel Domino Feudi  
d. diff. & d. cap. nuper *Diff. Bald. in l. non solum vers. item in fundo*  
D. quibus mod. usus. amitt. *Iason. in l. cum dubitatur C. de Iur.*  
*Emphy. Iure Saxon. requiritur & traditio die aufflassung Dissenc.*  
& ibi add. *Zobel diff. 50. par. 2.* An & æque consensus agnatorum, si  
dotalitium modum consuetudine harum regionum receptum,  
non excedat? *N. cù Daniel Moll. ad Constit. 47. part. 2. n. 11. ibi adde*  
*diff. Gloss. latina in fin. art. 70. Landrecht lib. 1. & Gloss. lat. art. 21.*

Sandrecht dist. lib. 1. lit. a. quibus ex locis confirmatur consuetudo consensus agnatorum semper requisiti, quam Consuetudinem Moll. dist. loco citat. Quod si tamen agnatis nulla sit iusta sive dissensionis causa princeps ex officio ratum illud habet, præjudicium addit Additionar. ibid. sed & de Jure Saxo exæquar Dotem soll der Mitgaben gleich seyn sunt verba Gloss. Germ. d. art. 20. Sandrecht lib. 1. unde hodie est duplum Coler. decis. 60. n. 7. Daniel. Moll. d. part. 2. d. Const. Elect. 42. n. 12. Porro Dotalitium hæc recte constitutum in terris Saxon. Electo alib. absorbet omnem Dotem nisi aliter placuerit d. Const. 42. ita ut Viduæ nullus detur regressus ad repetendam Dotem, cum nulla amplius exstet, huius Constit. rigor (uti prima fronte videtur) ex eo mitigationem recipit, quod in singula centena non quincunces usuræ sed sextantes a successoribus Feudi viduæ quotannis absq; ullo onere persolvantur Dan. Moll. d. Const. n. 12. unda ad plusculos annos superstes vidua non pompose vivens sæpe Dotem & Dotalitium lucratur. Quid si certi fundi usumfructum nomine Dotis teneat an ad Collectas & alia plurima præstanda sit obligata Mulier? N. tuebimur non obstantibus iis quæ ex l. s. §. hætenus & l. 52. D. de usus. afferri solent & quæ notat Zob. part. 2. Diff. 50. n. 7.

## XVI.

Mortis causa Donatio ad repetendum parit actionem duplicem, Rei vindicationem, (a) & Condiotionem; (b) quam & Donatio ex tempore, sub modo, causa, & conditione, (c) itemque Donatio facta nuptiarum contemplatione. (d)

(a.) Mortis causa remota, vel donatario mortuo, vel etiam voluntate donantis mutata datur Revocatio rei donatæ, l. 30. l. 35. §. 3. 4. & l. 13. §. 1. D. de mort. cum Donat. l. 29. D. eod. præsupponimus autem traditionem vel translationem rei in Donatarium, absque animo Domini transferendi, ut directa competat rei vindicatio l. 1. D. de Donat. juncta l. 29. in pr. D. de Donat. mortis causa. Pulchre Ant. Fab. Decad. 44. err. 10. Giph. ad l. 29. D. eod.

(b) Si scilicet translatum sit Dominium d. l. 1. d. l. 29. D. h. c. faciunt & textus in l. 35. §. 3. & l. ult. D. d. l. de mort. caus. donat. l.

videat

§. 3. D. de usur. l. 56. D. de donat. int. vir. & uxor. Utrâq;  
 auem harum non solum ipsa res Donata d. l. 19. petitur, sed si-  
 mul etiam omnis causa l. 12. D. de Cond. cau. dat. d. l. videamus. §. 3.  
 unct. ll. 22. l. 37. & l. ult. D. de V. S. l. 30. l. 36. §. 1. D. de Rei vin. Quin-  
 etiam utilis rei vindicatio cum hac conditione concurrat. d. l. 29.  
 cum d. l. seq. D. h. t. quo refero & l. 1. C. de donat. sub mod. cum Ant.  
 Fab. d. loc. Diss. Cujac. in Com. post. ad d. l. 1. C. d. t. Donell. ad l. 2. C. de  
 Cond. ob caus. Giph. l. 3. C. de donat. que sub mod. quibus autoribus in  
 d. l. 1. Casus est specialis. Restat & alia actio ad restituendum  
 personalis, præscriptis verbis, Do, ut des, seu potius reddas. Giph.  
 d. l. 29. hic n. 4.

(c) Nec hîc comprehendimus remuneratoriam ut quam  
 supra statuimus esse irrevocabilem *th. 15. lit. c.* sed reliquas modi-  
 ficatas l. 2. 6. 8. D. de Cond. ob caus. Quod si ad implendum mo-  
 dum vel causam vel conditionem agere velis, est actio præscri-  
 ptis verbis l. 28. D. de donat. pulch. Giph. ad l. 1. ad C. de donat. que  
 sub mod. Quid autem de Donatione sentias quam quis fecerit in  
 tempus, quod erit post mortem suam, utrum pro inter vivos  
 habenda, an pro causa mortis? sequimur in hoc *Ant. Fab. decad. 45.*  
*erro. 2. ubi dissentientes.*

(d) De Effectu sponsalitæ largitatis mentio est facta supra  
*thesi 15. lit. h* quod vero in dotem datum est, eandem distinctio-  
 nem recipit, quæ exstat in l. 1. D. de donat. utrum scilicet ita datum  
 sit, ut statim fiat Mariti, an non nisi nuptiis insecutis, hoc .n. casu  
 datur vindicatio, illo vero condicatio l. 8. §. si res D. de jur. dot. jun-  
 ct. l. 6. & l. 4. C. de Cond. caus. dat. De Donatione propter nu-  
 ptias & Dotalitio idem est iudicium, An autem perdatur malè  
 utendo, sicut usus: Dotalitium? Affirm. cum *Moll. part. 4. const.*  
*74. n. 5.* Præscribi autem illi intra annum & diem non petito, ni-  
 mis rigidum foret, *quamvis Dan. Moll.* ita responsum fuisse  
 olim in quodam Collegio testatur, ad *Constit. 44.*

*par. 2. n. 17.* quod ut & id genus alia nunc  
 suo loco relinquimus.

E I N I S.

autem in unum...  
voluntatem...  
hinc...  
etiam...  
tunc...  
Ratione...  
Conditio...  
hinc...  
personalis...

(e) Nec hic...  
sunt...  
dum...  
quod...  
sub...  
tempus...

(f) Item...  
appet...  
nam...  
si...  
et...  
De...  
pater...  
utendo...  
etiam...  
autem...  
quod...  
in loco...

F I N I S



venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant  
ad dnm feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Ha rnm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.  
th. 14.  
v. f. m. s. u. a. n. y. an i. y. Junm g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle

3


002 935 813



12

1007





*Ju*






Inches  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



29  
ONL  
GE-  
CIE.  
*Juridica*  
*tiß.*  
LCCII  
ublicè  
OLTZ  
suetis.  
sexer-  
is.  
Lign. Sil.  
III.

